Stephanus dei gra Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae
Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae et Princeps Transsil.

Generose fidelis nobis dilecte Scripsimus ad Magnificum
Regni nostri Marschalcum ut ex ea pecunia, quae in ma-
nus illius ab Illmo Duce Anspachio pervenire debebat
et quam in susceptionem militum novorum ad manus Fid.
T. consignaveramus Duodecim Millia florenorum pro
expeditione nra quantocelerius submittat et in ma-
nus Cubicularii nostri Lutomirski tradat. Verum si
forte iam in manus Fid. T. reddita sit. Volumus
ut ex eadem summam duodecim millium florenorum
ad nos mittat vel etiam ex alia quacunque tam
publica quam nostro noie in usum belli accepta sub-
ministret quam tandem Magnificus Regni nostri The-
saurarius in duabus septimanis Fid. T. redden-
curabit. Aliter Fid. T. non factura. Datum Var-
schoviae die 10 Januarii Anno 1580 Regni ve-
ro nri Anno Quarto.

Stephanus Rex



Generoso Raphaeli Lieszczynskij Contribu:
tionum Publicarū maioris Poloniæ dispensa:
tori fideli nobis dilecto :

Per Pytkowska Cubic ad Sac
M Ry^a missi fl 12000